

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In quâ tractatur de Augustissimo Eucharistiæ Sacramento, ac Sacrificio
Missæ, ...

Bosco, Jean a

Lovanii, 1667

Concl. VI. Sacramentum Eucharistiæ multiplicatur numero penes
multiplicationem, specierum, factam etiam post Consecrationem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73377](#)

Sacramentum integrum sub una specie.

Quippe licet in rigore loquendo, ut notat Card. Lugo disp. 2, lect. 1. n. 12. haec, & similis consequentia possit concedi sine inconvenienti; siquidem adhuc quilibet species simpliciter appellari deberet Sacramentum (quod sufficit ad salvandas locutiones Conciliorum & SS. Patrum) sicuti qui comedit partem carnis, dicitur simpliciter comedere carnem, licet non comedat carnem integrum, sed partiale: nihilominus convenientius dici videtur de singulis speciebus, non esse integrum convivium live alimentum, quam non esse integrum Sacramentum. Sic qui in prandio sumit unum ferulum, non recte dicitur sumptus integrum prandium, bene integrum cibum.

Similiter ergo qui accipit unam speciem Eucharistiae, accipit quidem integrum cibum, qui est verum Sacramentum, & essentialiter integrum, quia sufficienter causat gratiam nutrimentalem, non est tamen propterea integrum convivium; quia hoc significat totum aliquod artificiale ex multis ferulis, sive ex cibo potu; quod compositum non inventur in singulis speciebus scorsim, tametsi per separationem fiant totalia Sacra menta, cum ante eolum essent partialia, sicut pars aquae separata, fit aqua totalis. Quae magis vera apparent in sententia probabili, affirmante unam speciem scorsim sumptum conferre aequali gratiam & eundem planum effectum.

Porrò hanc unitatem integratis, & non aliam, docet Catechismus Romanus parte 2. cap. 4. quest. 10. in principio: Licet, inquit, duo sint elementa; panis scilicet, & vinum, ex quibus integrum Eucharistiae Sacramentum conficitur, non tamen plura Sacra menta, sed unum tantum esse, Ecclesia auctoritate docti constituerat. Rationem subiungit: Alter enim septenarius Sacramentorum numerus, quemadmodum semper traditum, atque a Concilio Lateranensi, Florentino, & Tridentino determinatum est, constare non poterit.

Sicut autem hunc numero non repugnat diversitas specifica plurium Ordinum, quia nimur omnes illi Ordines sunt tantummodo plura Sacra menta partialia, ex quibus consistat unum aliquod totale ac completum Sacramentum, quod significat efficaciter gratiam necessariam ad ministerium Ecclesiasticum; & quia omnes spectant & diriguntur ad unam aliquam potestatem in Ecclesia militante: sic quoque minime obstant eidem numero plures partes Eucharistiae specie differentes, quia singula sunt verum Sacramentum & totale, quando scorsim accipiuntur, quia omnes ordinantur ad unum aliquod integrum & perfectum convivium, sive spiritualem anima reflectionem.

Et hanc differentiam partium satis significat Catechismus supra, quando dicit: Unum esse

oportet (hoc Sacramentum), atque unum quidem, non quia individuum sit, sed quia unus rei, (juxta jam dicta) significationem habet.

Eadem diversitas partialis colligitur ex Collecta Missae de Venerabilis Sacramento ibi: Sacra menta que sumptus: & orationes post Communionem Missae de Beata Virgine ibi: sum pta Domine salutis nostrae subsidii: atque ex pluribus aliis locutionibus Ecclesiast. & Sanctorum Patrum ac Conciliorum, in quibus Eucharistia noncupatur Sacra menta, utpote in se complectens plures partes, quae singula sunt vera & proprie dicta Sacra menta, instar diversorum Ordinum, qui quidem in se, & specie suâ partiali scorsim collati, sunt Sacra menta totalia, simul tamen sumptus constituant tamquam partes integrales unum aliquod Sacramentum Ordinis, non unum individuum, sive unitate indivisibilis, sed unitate integratur, de quo plura proprio loco, non enim in omnibus est paritas.

Ut cumque sit, si multiplicitas Ordinum, quae major est, stat cum decreto a Concilis numero septenario, magis habet multiplicitas Eucharistiae. Et si intelligi possit consilii unum Sacramentum ex 7. vel 8. Ordinibus, quanto portius ex duabus speciebus Eucharistiae componi poterit unum signum sacramentale, quod simpliciter Sacramentum, sive Eucharistia appetetur?

Atque hęc quidem de unitate, & distinctione specifica, progediamur ad numericam, pro qua ponitur

CONCLUSIO VI.

Sacramentum Eucharistiae multiplicatur numero penes multiplicationem specierum, factam etiam post Consecrationem.

Sic consequenter loquendum est ad nostra principia: quippe Conclusione quartā docuimus solas species consecratas absolvere effectum huius Sacramenti, ut est permanens, & species dumtaxat in recto importari. Quidni ergo speciebus numero multiplicatis, etiam multiplicetur Sacramentum? Ita enim plures homines habentes eandem albedinem, denominantur plura alba, proper multiplicationem significative recti.

Hac controversia de modo loquendi est, non de re, & ideo dixi sic consequenter loquendum esse: nam quod attinet ad ipsam rem, constat apud omnes; Primo Corpus & Sanguinem sub omnibus speciebus esse numero eadem. Secundū species physisce numero distinguuntur, juxta

Hac insuper colliguntur ex Collecta Missae de Venerabilis Sacramento.

Cum hac diversitate statuerit, rius numerus Sacra mentorum.

Multiplica tis numero speciebus, multiplicatur Sacra mentum.

juxta physicam earum multiplicationem, sive ab invicem separationem. Tertiò non esse eandem numero gratiam, qua diversis communicantibus confertur. Quartò non causari maiorem gratiam à pluribus hostiis simul sumptis, quam ab una sola, nisi interior dispositio augeatur.

106. Dissensio est inter Doctores; An Sacramentum vocari debet numero multiplex per ordinem ad species, an verò per ordinem ad Corpus Christi, aut sumptionem ejus.

Card. Lugo h̄c disp. 2. lēct. 2. n. 15. consequenter ad sua principia docet; Sacramentum Eucharistiae nec per pluralitatem specierum, nec sumptionem multiplicari numero, sed simpliciter, & absoluè loquendo posse dicere unum & idem numero Sacramentum Eucharistiae, quod ubique terrarum ab omnibus fidelibus accipitur.

Lugo putat
debet dici
unum ratio-
ne Corporis
in recto per
Eucha-
ristiam im-
portari;

quod putat
significasse
Apostolum
1. Cor. 10.

107.

qui explica-
tur

Ep̄ph. 4.

Existimat siquidem Eucharistiam in recto importare Corpus Christi, & species in obliquo: jam autem ad pluralitatem concreti, debet plurificari significatum rectum: non enim

essent duo alba, si duas albedines ponerentur in eodem subiecto: bene autem è contra, ut statim diximus, si una albedo poneretur in duabus subiectis. Cum ergo idem Corpus continetur sub omnibus speciebus, sequitur manifestè ex principio Cardinalis idem numero Sacramentum sumi ab omnibus fidelibus.

Ei hunc modum loquendi putat significasse Apostolum 1. Cor. 10. v. 17. *Quoniam unus panis, unus corpus multi sumus, omnes qui de uno pane participamus. Quod intelligi debet de unitate numerica, alioquin non bene dicerentur omnes fideles unus corpus, sicut nec in naturalibus bene inferunt esse omnes idem corpus, quia de eodem alimento in specie participant. Hæc Eminent.*

Quæ utique, supposito contrario principio, probant nostram Conclusionem. Multiplicata etenim tota essentia, aut faltem parte essentiæ, necesse est ipsum totum multiplicari.

Ad Apostolum dico, intelligi posse, vel de unitate numerica rei contentæ sub speciebus, quæ aliquando à SS. Patribus appellatur simplificare Sacramentum, vel de unitate specifica specierum, attenâ, sive conjunctâ cum unitate numerica Corporis, qua sufficiens est, ut Sacra menta alioquin physice numero distincta, unus & idem numero moraliter Sacramentum constituant. Numquid secundum Apostolum omnes fideles unus numero physice Corpus? Minime, inquis, sed moraliter ac mystice. Ergo similiter unus numero panis moraliter ac mystice.

Ceteroquin, an etiam idem numero Baptismus in omnibus fidelibus? An eadem numero fides? Et tamen teste Apostolo ad Ephes. 4. vers. 4. & 5. *Vnum corpus & unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocacione vestre.*

Vnus Dominus, una Fides, unum Baptisma.

Sicut ergo propter unitatem specificam fideli, & unitatem specificam Baptismi omnes fideles unus corpus mysticum sumus; sic iridem dicti postulum unus corpus mysticum propter unitatem specificam panis Eucharistici, de quo omnes participamus; tamecum in naturalibus non bene inferatur, esse omnes idem corpus physicum, quia de eodem alimento in specie participant.

Disparitas est; quia almentum corporale convertitur in substanciali alti: si ergo almentum numero distinctum, etiam substanciali alti similiiter diversa; quod liquet non habere locum in alimento spirituali respectu corporis mystici. Et verò quis ignorat non semper valere argumentum à physicis & naturalibus, ad moralia & mystica?

Sed rufus contra Conclusionem arguit Card. suprà n. 19. Ex ea sequitur, in paxide tot esse Sacra menta, quorū sunt particulae consecratæ; hoc autem difficile est: Primò, quia est contra communem modum loquendi: nemo enim dicit Sacerdotem, dum sumit hostiam in tres partes divisam, sumere tria Sacra menta Eucharistiae: sicut nec qui comedit frustum panis in tres partes divisum, dicitur comedere tres cibos. Secundò, quia si essent plura Sacra menta, deberent cauare plures gratias, & habere plures significations distinctas.

Respondeo ad primum; in rigore sine ali quo inconvenienti admitti posset hujusmodi locutio: communiter tamen homines oppositum pronuntiant; quia tres illæ partes, vel tres integræ hostiæ (perinde enim est five si hostia disjuncta ab aliis ante Consecrationem, sive particula decerpta ex hostia post ejus Consecrationem) habent eundem effectum, & ita in morali astimatione censemur quasi unum Sacra mentum, cum à parte rei & physice sint plura: quemadmodum cum plures unus baptizant, licet physice efficiant plura Sacra menta, tamen propter identitatem effectus communiter dicuntur unus Baptismus.

Alioquin quando plures hostiæ diversis distribuuntur hominibus, plura certè in communī sermone distribuuntur Sacra menta. Ut quid ita, nisi quia antea erant plura Sacra menta, nata ex se causare diversum effectum in multis subiectis? Quippe per solam localem disjunctionem non sunt physice plura, quæ antea non erant nisi unus: bene per discontinuationem partium unius entitatis physice continuæ.

Ad secundum nego istam sequelam: Sunt plura Sacra menta, ergo causant plures gratias sive effectus: contrarium quippe cernitur in casu, quo duo simul eundem baptizant, probabiliter, ut ostendimus disp. 2. lēct. 5. conclus. 6. per plura Baptismata.

Causæ totales sint ejusdem effectus, sive partiales, non curio: etenim homo & equus, ut causæ plures

de unitate
specificæ
unitatis &
baptismi,

ite & paulo
Eucharistie

Nova Lu-
gōnis objec-
tio propo-
nitur.

Eiusdem
prima pro-
batio.

Seconda
probatio.

Plures ho-
stias ceneri
moraliter
quasi unum
Sacra
mentum propter
eundem ef-
fectum;

109.
& plura Sa-
cra menta
non debere
causare plu-
res effectus.

causa partiales trahentes eundem curum manent specie distincta. Similiter species panis & vini in ratione Sacramenti specie distinguuntur, tametsi in sententia multorum sunt causa partiales eiusdem effectus gratia inherentis. Ergo parviterit plura Baptismata, & plures hostiae consecratae censeri debent plura Sacra menta numero distincta, etiam dato quod concur ranat ad eundem effectum instar causarum par-
tium.

Equidem quilibet species habet significacionem suam & causalitatem independenter ab altera, sic quod etsi sola esset, & quae significaret & causaret; ergo non constituit cum altera unum aliquod atque individuum physicè Sacramentum, sicuti duo homines simul portantes idem pondus, non constituit propreter unum individuum hominem. Et eadem est ratio de Baptismo.

Unde sequitur contra Dicastillonem disp. 1. n. 75. plures hostias simul sumptas ab eodem, non solum esse plura Sacraenta in actu primo, id est, plura signia, quæ seorsim ab aliis possent causare effectum gratiae; verum etiam in actu secundo: quia causant eandem gratiam, vel tamquam causa totales, vel saltem tamquam causa partiales, quæ licet constituant unam causam totalem, adeoque Sacramentum unum totale, attemperante in se manent Sacraenta partialia numero diverso.

Sicut species panis & vini simul sumptae, & conferentes eandem gratiam, sunt & permanent Sacra menta partialia specie distincta, non tantum per ordinem ad gratiam subsistente, que sub qualibet specie, praesicè ex vi verborum, diversa est, scilicet Corpus sub specie panis, & Sanguis sub specie vini, quod secundum nostram principia sufficeret; verum etiam respectu gratiae inherentis.

Dico itaque ex unitate numerali effectus, male inferri unitatem numeralem hujus Sacramenti, cum plures cause, per diversas saltet partiales causalitates, possint unum & eundem individuum effectum producere. Et consequenter affero, si duo, vel plures rami virides, quorum singuli per se sufficent ad significandum vinum venale, simul in unum fasciculum appendenter ad portam, aut plura vexilla alba exponentur in turre in signum pacis, ubi unum sufficeret; affero, inquam, plura ibi esse signa numero distincta, non solum in actu primo, sed etiam in actu secundo; & qualiter siquidem representarent potentiae cognitivæ vinum & pacem, cum nulla foret ratio, quare potius intellectus moveretur ab uno ramo aut vexillo, quam ab alio.

Certe ignoro, quare Christus non potuisse distingueat conferre gratiam per plures hostias, etiam simul sumptas; sicuti confert distinctionem gratiam, quando plures eundem simul absolvunt ab eisdem peccatis. Cum autem in-

presenti noluerit multiplicare illos effectus, penes ipsum est. Non dubito, quo propter multa inconvenientia, cui libet rem perspiciendi, obvia. Forte etiam ut significaret idem Corpus sub omnibus hostiis contineri. Sed de effectu Eucharistie infra. Nunc cum Lugone disp. 20. sect. 3. n. 21.

Opponis III. & instas; Sacramentum Penitentiae habet etiam plures partes integrantes; quarum singula possent esse Sacramentum seorsim, & tamen non dicunt plura Sacramenta; sed unum propter unitatem moralem; licet ha-
beant distinctionem physicam: ergo idem dici
potest de Sacramento Eucharistiae. Majorem
ostendit, quia posset quispiam bis confiteri ea-
dem, idque cum duplice contritione: Sacerdos
quoque ita pronuntiare formam, ut dimidia-
pars prolationis singularium syllabarum sufficie-
ret ad integrandam sufficientem absolutionem
velocius prolataam, unde illa prolatio posset di-
vidi in duas.

• school
• classroom
• class
• classroom
• teacher
• student
• lesson

Responso; dividat Card. illam prolationem, sicut nos dividimus hostias; pronuntiet Eminent. unam dimidiam partem, alius aliam, confessio fiat utriusque; & audeo dicere etiam cum unico dolore confici duplex Sacramentum; quemadmodum cum una prolatione verborum Consecrationis conficiuntur plura Sacra menta Eucharistiae, si hosties super quas proferuntur, actu sunt distincte & ab invicem divisa, quamvis una localiter sic conjuncta alteri, sive contigua. Quippe sola contiguitas plurium rerum, v. g. duorum hominum, sicut non facit ex illis unus numero hominem, ita sola contiguitas plurium hostiarum consecratur, non efficit illas unum Sacramentum.

Ut nec simultanea earum sumptio, aut Consecratio. De Consecratione patet ex Sacramentis Penitentiae & Baptismi; quippe cædem & unicæ formaliter formâ verborum plura simul administrantur Sacra menta, si suscipientes plures sint: ergo etiam eisdem verbis Consecratio nis semel prolatæ, effici possunt plura Sacramenta Eucharistia, si hostia consecrandæ actu fuerint plures; quamvis enim sit unica Consecratio activa, passiva tamen multiplex, actu quidem, & formaliter, si hostie nunc sint multiplices; virtualiter autem, si una continua in plures divisibilis.

Quid si & ipsam Consecrationem activam
dixeris virtualiter multiplicem? Revera ea-
dem videtur ratio formæ Eucharistie, quando
profertur supra plures hostias, & forma Sacra-
menti Peritentie aut Baptismi, quando plures
sunt. Confessio
activa plus
item hostia
cum potest
dici virtu-
liter multi-
plex.

Quod attinet ad sumptionem, quis ambigat simul sumi post cibum & potam, v. g. param hostie; quae in calice est, una cum vino? Et tamen sunt Sacraenta plura, ad minus numero. Idem argumentum formari potest de locali separatione, aut coniunctione. Ergo

112
Objectio
Lugonis,
quod Sacra
mentum
Poenitentia
habet plures
paries inte-
grantes, que
propter uni-
tatem mo-
ralem sunt
unum Sa-
cramentum.

Responsio.

Responsio.

卷之三

113.
Sæpe multa
plex est Sa-
cramentum,
ubi unica &
eadem est
forma ver-
borum.

114.

30. Disputatio 4. De Eucharistia.

*aut locali
conjunctione non se-
quitur uni-
tas Sacra-
menti,*

Lugo.

similiter plures hostiae simul in altari existentes, aut simul sumptae, non ex hoc amittunt diversitatem suam numericam, quam haberent, si successivè acciperentur ab eodem, aut eodem tempore à diversis, vel si in diversis altaris colloquarentur.

Respondet Card. suprà n. 26. Neg. Conseq. Sicut enim, inquit, duo cibi diversi, v. g. carnes, & poma, quando sunt simul in mensa, dicuntur duo cibi; plura tamen poma ejusdem rationis simul posita non dicuntur duo cibi, sed unus: sic Corpus & Sanguis Christi sub speciebus diversis dicuntur duo Sacraenta, quia heterogeneitas fecit pluralitatem: duas tamen hostiae simul posita non dicuntur duo Sacraenta, sed unus: qui in his homogeneis separatio facit pluralitatem, & conjunctionem unitatem.

115.

Sed hoc est quod queritur: An sola separatione localis faciat pluralitatem numeralem, & conjunctionem unitatem. Et retrorquendo responsione in Autorem: sicuti duo homines sibi mutuo contigui, v. g. in eodem lecto, non dicuntur unus numero homo, sic neque plura poma ejusdem rationis posita in eadem scutella regae vocantur unus numero cibus, secundum speciem; ac per consequens plures hostiae localiter conjunctae in eadem pixide, quamvis sint idem Sacramentum specie, non tamen propterea idem numero.

Et ulterius, licet in calice sit unum numerum Sacramentum, tamen plures ex eodem bidentes, plura numero recipiunt Sacraenta; non praecise propter diversam sumptionem, aut localem separationem specierum à se mutuos, sed per divisionem partium unius entis continui a roto: sicut ex una aqua sunt duas separationes, sive subdivisiones, non contiguitatis seu localis approximationis, sed continuationis. Ac propterea additur in Conclusione: *Ecclesia, etiam post Conservationem.*

De cetero, eadem hostia sumpta ab uno, & evomita; tuncque ab altero, vel ab eodem resumpta; tametsi diversos causet effectus gratiae, idem erit numero Sacramentum; intellige, permanens, de quo intelligitur nostra Conclusion: nam transiens aliud, si verum est, sumptionem in ejus involvi essentia, & in recto importari dicendo: *Sumptio Eucharistia est Eucharistia transiens.* Atque idem communiter existimo de reconssecratione earumdem specierum, si sumptae reproducerentur, modo haec propositione admittatur: *Consecratio est Eucharistia transiens.* Pater, quia in casibus positis est vere duplex numero sumptio & Consecratio.

Ut ut sit de Sacramento transeunte; cum Eucharistia permanens ante usum sit verum Sacramentum, & indifferens ut ab uno, vel pluribus accipiat, non sat's perspicio, quomodo ab usu pendeat ejus unitas, vel pluralitas; similiter ab effectu gratiae sanctificantis, qui pro-

prius est Eucharistia transiunt, & ad quem actu causandum, unum, vel multiplicem, plures hostiae sunt indifferentes, immo & unica hostia plures in se complectens partes, quae eorum pluribus possint distribui; præfertim cum ratio Sacraenta non consistat in actuali causatione gratiae, sed aptitudinali in subjecto disposito.

Intentio etiam Ministri, quæ intendit uni, vel pluribus dare, est nimis extrinseca: unus quippe potest habere intentionem dandi unius, ter pluribus.

Sed dices IV. cum Card. suprà n. 32, de eodem tritico & pane omnibus datus Joseph Lugo. Gen. 47. & tamen dicitur v. 12, quod prebeat cibaria singulis. Et rursus v. 22. Quod Sa- Genu. 47. cerdotibus statuta cibaria ex horribus publicis prebebantur. Posset ergo similicer Eucharistia proper distributionem & separationem appellari multiplex cibus.

Respondeo; si per separationem intelligas divisionem unius entis continui, v. g. magna hostia in suas partes; concedo Sacramentum multiplicari penes multiplicationem partium, quæ separantur: alioquin sicut triticum illud, de quo omnibus datus Joseph, non erat unum aliquippe verum unitare, sed solum aggregatum plurium rerum numero distinctarum; quemadmodum cumulus lapidum, in quo omnes lapides sunt vere numero distincti; ita in praesenti per distributionem plurium hostiarum, pluribus hominibus factam, non sunt plura Sacraenta, quia antea erant vere unum Sacramentum; sed dumtaxat amittunt denominationem cumuli Sacramentorum: veluti si plures lapides simul congregati, à se mutuo localiter separantur, amplius nequeant appellari cumulus lapidum.

Objicies V. Singulae partes unius hostie, etiam ante divisionem, sunt distinctæ per suam hæcitatatem: ergo etiam ante separationem, sive fractionem hostie sunt plura Sacraenta.

Respondeo Neg. Conseq. Non enim sic sunt distinctæ per suam hæcitatatem, quin constituant unam aliquam numero hostiam continuam, adeoque unum numero Sacramentum; post fractionem autem sicut constituant distinctas numero hostias, ita & diversa numero Sacraenta. Simile sit in aqua continua, cuius partes (epto ante separationem per suam hæcitatatem distinctæ) non sunt plures numero aquæ, nisi post sublatam continuationem, neque tuncsum constituent unum aliquod numero ens, qualitercumque sibi mutuo approximantur, nisi per novam eaurum continuationem.

Quæ cum ita sint: perficto in Conclusione, & iterum dico: Sacramentum Eucharistia permanens in rigore philosophico multiplicatur numero penes multiplicationem specierum, factam sive ante, sive post Consecrationem, impertinenter se habente locali approximatione, aut disjunctione; similiter simultanea, aut successivæ sumptione ab uno, vel à pluribus; item uno

Unitas vel
pluralitas
Sacramentis
permanen-
tis non pen-
det ab illa,
aut effectu
gratiae non
difficiliter.

Lugo.

Gen. 47.

Genu. 47.

117.

118.

119.

120.

121.

122.

123.

124.

125.

126.

127.

128.

129.

130.

131.

132.

133.

134.

135.

136.

137.

138.

139.

140.

141.

142.

143.

144.

145.

146.

147.

148.

149.

150.

151.

152.

153.

154.

155.

156.

157.

158.

159.

160.

161.

162.

163.

164.

165.

166.

167.

168.

169.

170.

171.

172.

173.

174.

175.

176.

177.

178.

179.

180.

181.

182.

183.

184.

185.

186.

187.

188.

189.

190.

191.

192.

193.

194.

195.

196.

197.

198.

199.

200.

201.

202.

203.

204.

205.

206.

207.

208.

209.

210.

211.

212.

213.

214.

215.

216.

217.

218.

219.

220.

221.

222.

223.

224.

225.

226.

227.

228.

229.

230.

231.

232.

233.

234.

235.

236.

237.

238.

239.

240.

241.

242.

243.

244.

245.

246.

247.

248.

249.

250.

251.

252.

253.

254.

255.

256.

257.

258.

259.

260.

261.

262.

263.

264.

265.

266.

267.

268.

269.

270.

271.

272.

273.

274.

275.

276.

277.

278.

279.

280.

281.

282.

283.

284.

285.

286.

287.

288.

289.

290.

291.

292.

293.

294.

295.

296.

297.

298.

299.

300.

301.

302.

303.

304.

305.

306.

307.

308.

309.

310.

311.

312.

313.

314.

315.

316.

317.

318.

319.

320.

321.

322.

323.

324.

325.

326.

327.

328.

329.

330.

331.

332.

333.

334.

335.

336.

337.

338.

339.

340.

341.

342.

34

uno vel multiplici effectu: quamquam non raro
in communi sermone, propter simultaneam po-
sitionem in eodem loco; vel unicum sumpto-
nem, aut etiam effectum, plures species unum
simpliciter dicantur. Sacramentum, & potissi-
mum propter unitatem rei contentar, de qua
intelligitur Divus Ambrosius in Epistola ad
Heb. cap. 10. & ponitur de Consecratione dist.
2. cap. 53. *Vna, inquit, est hostia, non multe....*
Sicut enim quod ubique offertur unum est Corpus, &
non multa Corpora: ita & unum Sacrificium.

Addere potuisset: *Et unum Sacramentum, scilicet, quia una numero hostia, quae saepius sig-
nificatur nomine Sacrificii, & unum numero
principale significatum, quod etiam non raro,
ut supra diximus, appellatur Sacramentum.* Ceteroquin etiam plura esse Sacrificia, sive, ut
ita loquar, Sacrificationes, nemini potest esse
dubium, quippe Sacrificium idem est quod
Consecratio. *Quis autem ambigat plures in
Ecclesia Dei esse Consecrationes?*

Quod autem aliqui objiciunt: *Si Verbum
allumeret plures naturas, non essent plures ho-
mines, sed unus, nullam habet difficultatem.* Nam imprimis id posset negari; quia tamen
communicer à Scotoris, tamquam ex mente
Scoti, admittitur; Respondeo Neg. Conseq.
quia secundum nostra principia sole species sunt
Sacramentum permanens. Deinde Corpus
Christi non est propri subiectum specierum, ut
proinde non requiratur eum multiplicatio, ad
multiplicationem concreti, sive Sacramenti.

Potes pro fine, an Eucharistia permanens nu-
mero & specie distinguatur à Sacramento tran-
seunte, v. g. species quatenus practicè signifi-
cant Corpus & Sanguinem Christi, à specie-
bus quatenus practicè significant gratiam inhæ-
rentem?

Ex hypothesi quod Corpus & Sanguis
Christi sint vera pars essentialis Sacramenti
transeuntis, responsio affirmativa est indubitate;
sed quia hypothesis ab aliquibus negatur, hinc
ab eisdem negatur hujusmodi distinctio. Sed
qua ratio? Quia, inquit, licet Corpus Chri-
sti sit conditio requista ut species efficaciter li-
gnificant gratiam inhærentem, ipsique possit
tribui aliqua moralis efficacia gratia, quatenus
intuitu præsentis illius Deus ubiorem gra-
tiam per hoc Sacramentum conferat; nullo tamen
modo est signum practicum, cum non sit sensi-
bile.

Nec satisfacit, quod dicunt alii, esse sensi-
bile per species, sicuti contraria est sensibilis per
confessionem: quippe longè alio modo contri-
aria cognoscitur per confessionem, quam Chri-
stus per species: inter illa enim est connexionem
naturalis tamquam inter causam & effectum, cau-
sa autem bene dicitur sensibilis per effectum: at
inter species & Corpus Christi solùm est connec-
tio voluntaria fide cognita, per quam non
videtur illud fieri sensibile.

Sed haec ratio est parvi momenti. Quid enim
refert sive causa fiat sensibilis per effectum, sive
effectus per causam? Vel ex quo probatur ad
sensibilitatem Sacramenti requiri connexionem
naturalis inter causam & effectum, & non suffi-
cere voluntariam fide cognitam? Profectò in-
fallibilior est, imò omnino infallibilis connexionis
inter species consecrata, tamquam causam, &
Corpus Christi, ut earum effectum; cum tamen
sepiissimè fallat connexionis confessionis cum vero
animi dolore.

Hec de modo loquendi. Pergo ad rem, ma-
teriam, inquit, hujus Sacramenti; pro qua
statuitur

Ab aliqui-
bus negantur
specifici
distinctio in-
ter Eucha-
ristiam tra-
seuentem &
permanen-
tem.

illorum
fundamenta-
rum solvi-
tuz.

M. Jan. 2
dilectu. ambo
thorac. &
recepit. mudi
lambay.

SECTIO SECUNDA.

De Materia Eucharistiae.

Lequimur de materia remota, seu
ex qua tamquam termino à quo
hoc Sacramentum efficitur, que du-
plex est, altera panis pro conse-
crando Corpore, altera vinum pro
Sanguine. Cenanthibus quippe eis, inquit Matth.
cap. 26. v. 26. 27. & 28. accepit Iesus panem, &
benedixit, ac friguit, deditq; Discipulis suis & ait:
Accipite & comedite: Hoc est Corpus meum. Et ac-
cipiens calicem gratia egit, & dedit illis, dicens: Bi-
bite ex hoc omnes: Hic est enim Sanguis meus novi
testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem
peccatorum.

Dubitans forrè, quis liquor fuerit in calice?
Aufculta quod sequitur v. 29. Dico autem vo-
bu: non bibam amodo de hoc genimine vitis, usque

in diem illum, cum illud bibam vobiscum novum in
regno Patris mei.

Similibus, imò pene eisdem verbis explicatur
institutio hujus Sacramenti Marc. 14. &
Luc. 22. Ut propterea nullus relinquatur ambigendi locus, etiam ipsis Acatholicis, de hac
veritate, accedente præsertim traditione, &
unanimi confessus Ecclesia.

Ratio principali est (ut oritur verbis Doctoris
Subtilis 4. diss. 11. q. 6. n. 1.) quia Christus ta-
lem materiam consecrandam instituit, & in signum
institutionis tali materiā consecrandā ius est. Con-
gruentiam accipio ex eodem Doctori in fine
eiusdem numeri: *Quia cum Sacramentum illud sit
signum nutrimenti spirituali, in illo congruē institui-
tur, que sunt signa principali nutritionis corporalis.*

Ratio prin-
cipialis vo-
luntas Chri-
sti.
Scot. Congru-
entia.

Princi-